

Leonardi Aretini Viri laudatissimi
ad Colutium Oratorē in Magni
Basiliū libellum p̄fatio.

Ego tibi hūc librum Coluti ex media
ut aiūt Gr̄cia delegi: ubi eiuscemo
di rez magna copia ē: ⁊ infinita pe-
ne multitudo. Nec uerit̄ sū ne abs-
te ut parū liberalis ac sane igrat̄ accusarer: si
ex tāta abūdātia hoc tā paruū mun⁹ ad te mit-
terē. Nec enī id nūc ago: nec ita amēs sū: ut exi-
simē hac tantula re summis tuis erga me offi-
ciis satisfacere posse. Sed ut mercatores solent
degustationem aliquā rerum uenaliū accipe-
re: quo facilius de illarum emptione deliberare
queant. Sic ego cum cuperem pro tuis singula-
ribus meritis: summaq; i me beniuolētia quic-
quid mea opa labore idustria efficere possim i
teunum conferre: hunc tibi librum transcripsi
quasi de gustationē quādam studiorum meorū.
quē si tibi doctissimo homini probata esse sen-
sero: maiori cum fiducia deinceps aggrediar tuo
grauissimo atq; optimo iudicio confirmatus. ⁊
iam non paruīs munusculis: sed maiorib⁹ tecū
agam. quanquā id quod de muneris paruitate
supra dixi: nō ad librum ipsum: sed ad cōuer-
ten di laborem referri uolo. Nam et si liber per se

Al



breuis est: tatum tamē pōderis ei adiicit nomē
Basilii: ut magnus putari debeat auctoritate
scribentis. quę quidē apud gręcos tāta est: ut ꝛ
feueritate uitę et scimonía morum et præterea
optimarū artium studio sacrarūq; litterarū do-
ctrina cęteris ferme omnibus extinetur præcelle-
re. Sed cum sint p̄multi atq; incliti libri: quos
ille accuratissime scriptos reliquit: nos i præsen-
tia hunc potissimū delegim⁹: quod maxime euz
cōducere ad studia nostra arbitrati sum⁹. atq;
ideo libenti⁹ id fecimus: quod auctoritate tan-
ti uiri ignauia ac puerilitatē eorum cupiebam⁹
refrigere: qui studia humanitatis uituperant:
atq; ab his omnino abhorrēdum censent. quod
uis cōtingit fere: qui ea tarditate igenū sunt: ut
nihil altum nec egregiuz ualeāt itueri: qui cum
ad nullā partem humanitatis aspirare ipsi pos-
sunt: nec alios qdē id debere facere arbitrātur.
Sed hos cum sua ignorātia reliquam⁹: nec enī
digni sunt de quib⁹ uerba fiāt. Et iā Basilium
ipsum audiam⁹: in quo animaduerte quęso quā
ta grauitas sit.

Magni Basilii putiles de morib⁹ institutiones
ad dulcissimos nepotes quatenus humanitatis
studiis imbuantur foeliciter incipiuntur.

Aulta sūt filii quę hortātur me ad ea uobis
cōsulēda: quę optima esse duco: queq; uo

bis si illa sequamini profutura confido. quippe
ꝛ eiusmodi eras: et multarū rerū usus: et insuper
que oia maxime docent: in utranq; partem mu-
tationes satis ēe exptum: humanarū rerum me-
fecere peritum. Itaq; possum uis: qui nup uita
igressi sunt: quasi uia aliq; qua tutissime profi-
ciscantur ostendere. accedit ad hoc: quod natu-
rali necessitudine me post parētes nemo est uo-
bis p̄p̄inquoꝝ. Quaz ob rem ego quidem erga
uos nō minus beniuolētię habeo: quā ipsi paren-
tes. Vos autē puto nisi forte me uia mens fallit
euz me ituemini: parētū desiderio haud quaꝝ
moueri. Si igitur quę a me dicuntur: ea uos su-
scipe ac sequi parati estis: in secundo eritis or-
dine laudatorū apud Esiodum. Sim min⁹: ego
sane nichil molestum dicā. Vos autē meministis
carmīnū illoꝝ: in quib⁹ ille Poeta inquit. Opti-
mum illum esse: qui per se ipm quę agenda sint
cōspicarerur. Sequenti autē gradu qui alioꝝ cō-
silia seq̄retur. Qui uero ad neutruz horū aptus
esset: eum penitus esse inutilem. Nec uos ulla
admiratio teneat: si quotidie ad magistros eun-
tibus uobis ueterumque uiroꝝ: et ingenio et
doctrina præstantium per ea quę illi scripta re-
liquere cōtinuum usum ꝛ familiaritatem habē-
tibus ego aliquid utilius ex me ipso inuenisse
profitear. Et quidez hoc ipm moniturus uenio:

Et ii



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

CRFEDOS.USAL.ES

non oportere uos eiusmodi uiris ita mētis uſe gubernacula permittere: ut quacunq; ducant: ea ſequamini. Sed id duntaxat: quod utilitatez affert ab illis accipientes: ſcire etiam ſi ſit opus contemnere. Quę igitur ea ſint: ⁊ quemadmodū discernantur: id iam uobis apperiā hinc ſumens initiū. Nos quidem o filiū hanc humanam uitam nihil omnino eſſe arbitramur: nec bonū q̄cquam exiſtimandū cenſem⁹ neq; appellandū: quod utilitatem hucusq; ſuppeditet. non itaq; dignitatem. non amplitudinem maiorum. non corporis uires. non formam. non magnitudinem. non a cunctis hominibus habitos honores: non ipſm imperiū: non quicquid dici poteſt in hac uita excellens. Sed longi⁹ nſe procedūt ſpes: ⁊ ad alterius uite præparationem cūcta molimur. Quę igitur ad hanc uitam conferant: ea nos totis uirib⁹ optāda quęredaq; eſſe arbitramur. Quę uero illuſq; peruenire nequeunt: ut nulli⁹ momenti deſpiciēda. Quę etiam tamē iſta ſit uita et quo pacto illa uiuatur: id ſane oſtendere plus negocii eſſet: quam nos in præſentia ſuſceperim⁹. maiores etiam auditozes q̄m ipſi nūc eſtis ad percipiendum requirit. hoc ſolum ſi dixerō: ſatis abunde dixiſſe putabo. Si quis omnē poſt creatos homines foelicitatem

mente concipiat: ſimulque in unum congerat uniuerſam: nec paruam quidem partem illorū bonorum adęquare comperiet. Sed a minimo illius uite bono omnia humana ſimul colecta magis abeſſe: quam umbra ⁊ ſomnium a ueris rebus. Immo uero ut propiori utar ſimilitudine. Quanto in omni re precioſior eſt anima q̄m corpus: tanta utriuſq; uite differentia eſt. Ad hanc porro uitam ſacri ducūt ſermones per oculta nos erudientes. Donec tamen profundū illorum ſenſum per etatem nobis percipere poſſe non licet: in aliis non omnino diuerſis quaſi in umbris quibuſdam ſpeculiſq; oculos mentis exercere debemus: eos imitantantes: q̄ ad certamen ſe comparant: qui et ſaltu et motu manuum in ludo exercitati: calidi⁹ deiceps in certamen deſcendunt. Et nobis proſecto certamen quoddam incumbere putandum eſt: et quidem omnium certaminum maximum: cuius gratia cuncta tentanda ſunt: ⁊ totis uiribus incumbendū ad huiuſcemodi rei præparationem: ⁊ Poetis ⁊ Oratoribus ⁊ Scriptozibus ceteris: omnibus denique hominibus inherendum: unde nobis qd ingenii exercitationem aliqua ſit aceſſura utilitas. Velut igitur ii qui tingunt cum primo quibuſdam modis id quod colorem recepturū ſit præpararunt: tandem poſtea florem

A iiii



superinducunt siue purpureum siue quenuis
aliū: eodem nos itidem modo si ut idoneus sit
apud nos probitatis sententia cupim⁹: cum his
extraneis disciplinis fuerim⁹ imbuti: tūc sacris
et occultis operam dabim⁹: et quasi solem in a-
qua pri⁹ uidere assuefacti ad ipsam lucem di-
rigemus intuitum. Si qua igitur conuenientia
utriq; sit: perutilis nobis erit talis cognitio. Si
autem nulla sit: ea tamen adinuicem conferret
in quo differant internoscere nō parū nobis fru-
ctus prębebit ad potioris cōfirmationem. Sed
q̄ similitudine utemur ad hanc rem ostendēdā:
Nempe ut plantę propria uirtus est fructum
producere: afferunt tamen aliquem ornatum
et frondes ipsę circa ramos diffuse: ita profe-
cto ⁊ animę pręcipu⁹ fruct⁹ quidem est ueritas:
non inamēnū tamen est hęc extranea circūda-
ri sapientia: quę tanq̄m frondes quędam ⁊ fru-
tui tegmen prębeat: et speciem intuentibus la-
tiorē ostendat. Hoc fecisse aiunt Moysen il-
lum sūma prudentia uirum: cuius apud omnes
gentes maximū est in sapientia nomē q̄ nō pri⁹
ad di pręplationē accessit: q̄m Aegyptiorū disci-
plinis inētē exercuisset. Hęc eadē ferūt de Da-
niele sapienti cū apud Babylonios Chaldeorū
sapientiā imbibisset: postea rex diuinay attigisse
doctrinā. Sz iā satis abūde demōstratū ē: nō in
utilem esse mentib⁹ nris hanc extraneam scien-

tiam. Nūc uero quopacto illa nobis accipiēda
sit: dicendū uidetur. Primo igitur ut a Poetis
incipiam: cū illi uariū multiformesq; sint: nō om-
nib⁹ quę ab ipsis dicuntur adhibenda est mens.
Sed cum excellentium uiroz facta aut dicta cō-
memorant: tūc tota mente moueri atq; inflam-
mari debem⁹: maximeq; conari: ut tales ipsi si-
mus: quales ipsi fuere. Cum uero in improbo-
rū hominū mentionem incidunt: fugienda est il-
lorum imitatio: auresque claudendę non secus
atq; ipsi ferunt Alixem ad Syrenum cant⁹. Pra-
uę enim confabulationes uia quędam sunt ad
facinora. Quam ob rem omni diligentia curan-
dum est ne inter illam quam plerunq; sermo-
nis habent festiuitatem: latenter aliqd admitta-
mus mali: ut ii qui uenena melle permista ab-
sorbent. Non igit laudabim⁹ Poetas: neq; cū
iurgia referūt: neq; cum scurras aut amantes:
aut ebrios: aut dicaces imitant: neq; cū diuite
mēsa cātuzq; disoluto foelicitatē diffiniūt. mini-
me uero cū de diis aliqd dicūt: et maxime cū de
his ita narrāt: q̄si plures sint atq; discordes. nā
apd eos ⁊ frater i fratrē iurat: ⁊ parētes filiū:
⁊ filii parētib⁹ inferūt bella Deoz uero adulte-
ria atq; amores ⁊ scelestos cōcubit⁹ ⁊ eos ma-
xime summi ac principis oium: ut illi asserunt
Jouis: quę nec de pecudib⁹ quidem sine rubo-
re quis diceret: iis relinquamus: qui in scēna



uerfantur. hæc eadem dicenda sunt et de ceteris scriptoribus: et tunc maxime cum ad uoluptatem loquuntur. Sed nec Oratorum in mentiendo artem imitabimur. Nec enim in iudicio nec usquam alibi mentiri nos decet: qui rectum ac uerum iter uite elegimus: quibus interdita sūt mēdacia legis præcepto. Sed tunc maxime Oratores amplectemur: cum aut uirtutem ex tollunt aut uicia effulminant. ut enim ex floribus ceteri quidem nihil sumunt præter odorem atque colorem. Apes uero etiam mella inde sciunt excerpere: ita qui non solam uerborum festiuitatem sequuntur: fructum aliquem excerpere possunt. Sed quoniam in apium mētionem incidim⁹: prosequamur hanc similitudinem. Ille enim nec omnes pariter flores adeunt: nec si quos adeunt: eos totos assumunt: sed eo solo ablato quod operi suo aptum sit: reliquum omne ualere sinunt. Et nos quoque si sapimus: cum id excerpserim⁹ quod ueritati amicum consentaneumque sit: cetera omnia transgrediemur: et uelut in rosis legendis sentes uitamus: ita quantum utiliter scriptum est accipientes: reliqua que nocere possunt declinabimus. Principio igitur disciplinarum quolibet considerare oportet: et ad finem dirigere: lapides ad filium Dorico prouerbio redigentes. Et quoniam ad hanc nostram

uitam per uirtutem ascenditur: uirtus autem ipsa multum a Poetis: multum ab Historicis: multo et magis a Philosophis laudatur: eorum uerbis maxime est inherendum. Nec enim parum habet utilitatis consuetudo quedam et familiaritas uirtutum mentibus iuuenum animisque infusa: cum maxime inherere soleant: et pene indelebilia esse que in tenera etate discuntur propter annorum molliciem profunde inuisa. Et quid aliud Hesiodum uoluisse putandum est: cum illa scripsit carmina: que uniuersi decantant: Aspera inquit primo et pene inuia et sudoris continui et laborum plena est uia: que ad uirtutem ducit. Quam ob rem nec cuiusuis est propter arduitatem illam capeffere: nec capeffenti facile ad cacumen euadere. Sed ubi id superaueris: ex eius fastigio uidere licet ut uia illa lenis sit et pulchra: ut que expedita et facilis: et longe iocundior quam altera que ad uitia ducit. quam uniuersam simul arripi posse ipse idem Poeta testatur. Mibi quidem uidetur nihil ob aliud: quam ut nos uirtutem probitatemque adhortaretur ista dixisse: ne laboribus uicti ante finem desisteremus. Sed et si quis alius similiter uirtutem laudauerit: eius sermones promptissime recipiemus. Ego autem e quodam uiro qui ad uestigandas Poetarum mentes



acutissimus habebatur: audiui: cum diceret totam
Homeri Poesim laudē esse uirtutis: omniaq;
illius Poete huc tendere: nisi si quid interdum
incidens sit. uex i eo loco uel maxime id pate-
re confinxit Cephalenorum Ducem naufragio
eiectum tantum abfuisse: ut illos quibus et solus et
nudus apparuit: uerecundia aliqua auerteret:
quādoquidē pro uestib⁹ uirtute illuz dixit orna-
tum: ut pmo Regina eum reuerita sit: deinde re-
liqua Pheacum multitudo tantū putauit: ut re-
lictis epulis quibus cōmessabatur: unum illū cū-
cti ituerentur: nullūq; eorū esse qui eo tēpore ma-
gis quicquam a diis optaret: quā Ulixem fieri:
quāquā et nudus et naufragus. Aiebat ille Poe-
tae interpretēs: hoc i loco Homerum clara uoce
clamare. o hoies sit uobis cura uirtutis: quē et
cum naufrago simul enatat: et in litore nudum.
eiectum fortunatis Pheacibus uenerabiliorē
ostendit. Et profecto ita res est. Cetera omnia
non magis possidentium sunt: quam cuiusq; ut
in talari ludo huc illuc transeuntia. Sola uirt⁹
et uiuenti et mortuo stabilis est et firma posses-
sio. Qua ratione motus mihi uidetur Solon:
cum inquit ad diuites. At nos non permutabi-
mus cum uirtute diuitias: quoniam uirtus fir-
ma ē: diuitias uero alias alii possidet. Similia
his sūt et a Theognide dicta: q inqt deū qncūq;

tandem is senserit uarie hominibus talētum ap-
pedere. alio enī tēpore diuitiis affluere: alio ni-
hil possidere: hęc eadē fere a Prodico Sophi-
sta quodaz in loco suoz librorum de uirtute ac
uiciis sapiētissime scripta sunt. cui quidē prestā
de sunt aures: neq; enī spernend⁹ est ille uir. is
uero ita inquit quātum ego memini: nā ei⁹ uer-
ba nō teneo: nisi qd sine metro sic ait. Herculē
cum is adolēscēs esset uīe ferme etatis: diu secū
multūq; dubitasse utrā uīā caperet: cū duas uī-
deret. unā uoluptatis: alterā uirtutis: inter am-
bigēdū autē duas accessisse matronas. has uero
esse et uirtutē et maliciā. statim quidē igitur et si
illę silerent: manifestā fuisse diuersitatem illaz.
uideri enī alterā accuratissime ornataz: fluētē
delitiis: et oīum uoluptatum examē post se tra-
hentē: hęc itaq; oīa ostentantem: et multo etiam
plura pollicētē: secū trahere Herculē tētāuis-
se. Alterā uero asperam et durā seuerēq; intū-
entē talia cōtra dixisse. polliceri se nec uolupta-
tem aliquam nec quietem: sed labores. pericu-
la. sudoresq; infinitos terra mariq; tolerādos.
premiū autem illorum fore ut ille aiebat de-
um fieri: et hanc demum Herculē secutum fuis-
se dicit. Et fere omis qui modo aliquid in Phi-
losophia scripsere: ut quisque maxime potuit:



uirtutē laudauerūt. quibus sane credēdum est:
conādūq; ut i uita nra id ostēdam⁹. nā q̄sq; ea
quē alii p̄dicāt ⁊ uerbis dūtaxat philosophā-
tur: rebus ip̄is affirmatis uere sapit: ceteri ue-
lut umbrē uolūtāt. nec secus ea res se habet: quā
si pictor egregiā uiri formā imitatus sit: hīc au-
tem re uera talis existat: qualē ille in tabula ex-
presserit. Qui enim uirtutem in ceru nominum
laudant: amplissimisq; uerbis extollunt: ip̄i ue-
ro ⁊ libidinē temperatiē ⁊ questum iusticiē ante
ponunt: hī mea sētētia nihil differunt ab **H**istri-
onib⁹: qui cum **P**oemata i scēna agunt: sepe ut
Reges: uelut potētes p̄deunt: cum neq; **R**eges
sint: neq; potentes: neq; omnino forsitam liberi.
At qui music⁹ quidē si id uitare ullo modo po-
test: nūquam patitur lyrā sibi dissonare. neque
Choi p̄iceps incōcinum sibi chorū habere.
īpe uero quispiā secum dissidebit: neq; uitā cō-
sentaneaz uerbis p̄stabit. **S**ed **E**uripide au-
ctore linguā quidē iurasse dicit: mentē uero in
iurata mansisse: ⁊ bonum uideri quaz esse ma-
gis cupiet. **A**t hīc est ultimus iniuriē terminus:
si quid credere oportet **P**latoni: bonum uideri
cū nō sis. **E**a igitur quē de uirtute scripta sunt:
ita ut dictum ē accipienda cēseo. **L**um aut p̄-
clara facta maiōꝝ aut memoriē successionē aut
Poetarum uel **H**istoricōꝝ libris usq; ad nram

etatem conseruata sunt: nec huius quidem ge-
neris utilitatem negligemus. ut ecce **P**ericles
Atheniensis cuz eum quidam ex fori hominib⁹
probris lacesseret: nihilo est irritat⁹: neq; ani-
mo cōmor⁹: s; per uniuersum diē pseueratum ē:
cuz ille nullo maledicto abstineret: hīc uero tan-
qm̄ ea res nihil ad se p̄tineret: cōtemneret. uel-
pere autem iam facto: et tenebris exortis cum
iurgator ille uix eo tempore abire uellet: **P**eri-
cles famulo cum lumine accito profecutus est
ip̄m: ut sibi qm̄ longa esset hęc ad **P**hilosophi-
am exercitatio. **I**tem cum quidā iratus **E**ucli-
di **M**egarensi necem minaretur: idq; facturuz
esse iuramento firmaret: **E**uclides contra iura-
uit se profecto illum placaturum: effecturumq;
ne sibi infensus foret. **Q**uam opere precium est
aliquod huiuscemodi exempluz succurrere men-
tibus hoīum iam ira effluentium. **T**ragoe-
diē enim nequaqm̄ est credendum dicenti in ini-
micos armabit ira manus. **S**ed potissimuz eēt
nullo modo irasci. **S**in id fieri nō potest: at rati-
onis freno moderādum est: nec permittendum
longius efferrī. **S**ed reducam⁹ orationē nostrā
ad clarōꝝ uiroꝝ exempla. **P**ulsauit quispiam
Socratem **S**ophronici filium faciē eius petu-
lantissime cēdens: **S**ocrates uero non repugna-
uit: sed illius irē ac petulantīē se permisit: do-

B i



nec ei uultus undiqz tuber fieret. neqz ubi ira illius faciata est: Socrates quidem nihil aliud egit: nisi quod fronti sue inscripsit percussoris nomen: quemadmodum statuis fieri solet: ille inquit hoc opus effecit: nec ulterius ulcisci perrexit. Hec que nris similia sunt: poigna esse imitatione duco. Hoc enim Socraticus illi nro conuenit: quod monet ut percipienti maxilla una: altera porrigamur: tantum abest ut ulciscamur. Id autem Periclis aut Euclidis simile est illi: quo monemur persequentes expectare: et benigne iras illorum tollere: et inimicis bona precari: non autem maledicere. nam qui in illis erit preeruditus: is postea preceptis nostris acquiescet: nec quasi impossibilia sint aspernabitur. Haud sane pretereundum est Alexandri Regis memorabile factum: qui cum Darii filias in captiuas haberet: mix in modum ut ab omnibus predicabatur formosas: nec uidere quod uoluit: turpe esse ratus eos qui uiros uicisset: a mulieribus superari. Hoc illi nostro conuenit: quod aspiciens mulierem ad uoluptatem: et si rem non commiserit: tamen quia id concupiscit in corde suo: criminis non caret. Illud autem Clinie Pythagore familiaris difficile est credere non data opera sed fortuito nostris uenire: qui cum posset trium talium donum iure iurando sibi delato effugere: solvere quidem maluit quam iurare: quanquam sine

perfurio id facere liceret. Audiuerat ille ut mihi quidem uidetur preceptum domini iuramenta uentantis. Sed redeo ad id quod in principio dicebam non omnia nobis recipienda sunt: sed tantum utilia. Et enim cum eos cibos qui obesse possunt corpori diligenter uitemus: absurdissimum est disciplinam quibus animus alitur: rationem nullam habere: sed tanquam torrens aliquis quocumque fors obtulerit sine delectu immergere: et cum gubernator non temere nauem uentis permittat: sed ad portum dirigat: et sagitari ad signum: et faber et Architectus sine aliquo sue artis respiciat: nos ab eiusmodi operibus in cognoscendis rebus nostris superari uolumus: nec enim manualium operum finis aliquis est: uita autem humane finis est nullus: quam itueantur ut qui bene uiuere queunt. quod si nulla ratione huc atque illuc in uita iactaremur: quid iter nos atque rates gubernaculis carentes interesset. Vix ut in Musicis Gymnicisque certaminibus eorumque sunt exercitationes: quorum et premia: nec ullus cum se palestra aut Pancratio exercuisset: lyra deinde aut tibia certat: neque enim Polydamas id agebat nec Nilon: sed alter ante Olympicum certamen currus sistebat currentes: Nilon uero in clipeo uncto stabat: nec depelli ab eo ulla uis poterat: sed resistebat non secus ac statua quodam plumbo affixa. quod si Marsie aut

B ii



Olympi musicā essent meditati: relicto puluere atq; gymnasio sero coronas aut gl'iam affecuti esset: aut effugissent ne corpora sua derisui haberentur. Sed neq; Timotheus relicta musica sua in luctaminib⁹ uersabatur: nec eni affecutus fuisset: ut cunctis musicis longe antecelleret: cui tantum superat artis: ut quotiens libuisset: a iocis hominum et uehementi acrimonia accenderet: et rursus molli ac placida leniret: quippe cum aliquando in Alexandri conuiuio eum cantum quem Phrygium appellat modularetur: usq; a deo Regem excitat se dicit: ut ad arma capienda psilliret: atq; ite ad commensatores epulasq; reduxisse modulatio ne mutata: tantas uires habet in musicis gymnasticisq; certaminib⁹ ad fines suus directa exercitatio. Sed quoniam in coronarum atq; pugilum mentionem incidimus: persequamur aliquantisper in ea re. Porro illi quidam incredibili laborum tollerantia uires adepti: cum infinitis sudoribus in gymnasio manarint: innumerasq; plagas in exercitatione tulerint: uictum autem non uoluptarium neq; iocundum: sed quem magister ludis prescripserit: uictitarint: et in ceteris omnibus ne orationem preterea ita instituit: ut uicta ante certamen acta meditatio fuerit certaminis: tandem se nudat in stadio: et summo labore ac periculo decertat: ut oleastri aut apii: aut eiusmodi corona donetur: uictoresq; a preconibus huc

cinent. nos uero quibus premia uite nostre ad mirabilia proposita sunt: ut neq; magnitudo eorum dici possit neq; multitudo numerari: utraq; aurez securi dormientes: altera manu cape posse crede m⁹. Per multi sane esset iertia: et Sardapanal⁹ ille primas omnium partes in bitudie ferret: uel Margites forte quoniam neq; arator: neq; fossor: neq; cuiusquam rei actorem fuisse Homerus ait. si utique Homero credendum est potius quam Pittaco: qui iquit arduum esse bonum existere. Multis enim laboribus susceptis uix eorum bonorum compotes fieri contingit: quorum nihil in hac uita esse simile Paulo ante dicebam⁹. Non igitur desiderandum est nobis: nec pro breui uoluptate maxime spes abiciende: nisi uelimus et conuicia pati: et penas subire non hic apud homines: quamquam ne hoc quidem paruum recte sentienti: sed aut sub terra: aut ubicumque sint illa iudicia. Nam qui non ex uoluntate delinquit: forte aliqua dignabitur uenia. qui autem ex proposito peiora elegit: nullam habet excusationem quin multiplici pena afficiatur. Quid igitur faciendum est: dicit quispiam. Quid aliud quam curam anime habendum: ceteris omnibus pro nihilo habitis. Non ergo corpori seruendum: nisi quantum summa cogit necessitas. sed anima bonis actibus inbuenda: et ex corporum uiculis ac passionum societate per Philosophiam erimenda: illud pretere

B iii



rea efficiendum ē: ut corp⁹ labor⁹ patiētissimum
sit. Aētri autē nō ad uoluptatē: sed ad sustētatio
nē porrigēduz. nā qui semp cēnas atqz coquos
mente cogitāt: epular⁹ qz grā terras mariaqz p
scrutātur: miserabili ad modū seruitute hūmunt:
z grauissimo dño tributa pēdunt: nihil leui⁹ pa
tiētes: quā ū qui apud iferos poenas dant uere
ignē diuidētes: z cribro aquā ferētes: z p̄sum
uas implere anhelātes: nullum finem labor⁹ ha
bētes. Tōderi autem aut amicitia ultra qz neces
sitas sit: aut miseror⁹ est secundum Diogenem:
aut iniuriōz. Itaqz occupatū esse i corporis or
natu nō minus turpe ducendū arbitror: qm̄ aut
pellicē esse aut adulter⁹. Quid enī refert homini
gnatio xerāpelina amicitur an uili aliq̄ ueste:
dum modo corp⁹ ab intemperie tutetur: quod
z i ceteris seruādum ē. ne quid supuacū moli
amur: neqz plus corpori tribuam⁹: qz aīe cōmo
dū sit. Neqz enī min⁹ turpe ē uiro: qui uere hoc
cognomine dign⁹ existat: nimia corpis curā ha
bere: qm̄ ad aliā q̄nui passionē effeminatū ēe.
Omne porro studiū ponere ut corpori qm̄ opti
me sit: hominis ē se ipm̄ ignorātis nec intelligen
tis: sapiēs illud qd̄ nō id qd̄ cernitur est homo.
sed op⁹ est maiori sapientia: ut quisqz nfm̄ quid
tādē ipse sit possit agnoscere. uerū enim uero
id assequi nō expiata prius mente impossibili⁹

est qz lippis oculis solē prospicere. expiatio au
tē anime fit ut z breuiter simul z abunde uobis
dicā: p̄ cōtēptū ear⁹ quas nob̄ sensus porrigūt
uoluptatū. nō igitur oculi pascendi sunt ab sur
dis spectaculoz miraculis: nō aspectu corporū
uoluptatis stimulos reliquētū. nō p̄ aures son⁹
ifundēd⁹: qui aīam corrūpere possit. nā z nequi
tia et ignauia ex huiusmodi musica gigni solet:
sed ea musica recipienda est: qua usus Dauid
Poeta sacroꝝ carminū: Regem ut ferunt ab in
sania liberauit. Pythagoras etiā cum iuuenib⁹
quibusdā uino fertis: saltuqz per ciuitatem lasci
uiētib⁹ obuiaret: iussisse dicit ei q̄ modos tybia
faciebat: ut mutata armonia Doricū per sona
ret. quod ubi factum est: bacchantes illos a deo
resipuisse ferūt: ut ferta abūcerēt: z rubore uul
tus uerecundiā cōfessi domum abirent: tantum
interest: corrupta aut salubri musica impleare.
Quā ob rē ab hac quidē musica quē nunc i usu
est: nō sec⁹ abhorredū uob̄ censeo: quā a quatuor
feditate. Itā uero eos uapores qui odoratus de
lectēt aeri miscere: aut unguētis pungi etiam in
terdicere uobis erubesco. Quid dicēduz ē de iis
uoluptantib⁹ quē gustu aut tactu fiunt: an dubi
tādūz quin ille quoqz eiusmodi sint ut nisi quis
eas caueat: uētri ac foemine seruire nos ueluti
pecora compellāt: Deniqz ut summatim dicā:



uniuersum corp⁹ despiciendum ē: nisi i luto uolu-
pratum uelim⁹ sumergi. aut certe tātum ei idul-
gēdū: ut Philosophiē ut inq̄r Plato ministeriū
prēstare possit. Eadē ferme Platonis et Paul⁹
monet dum ait: nō oportere nos puidētā aliq̄z
corporis habere ad uoluptates. Nā ū qui corp⁹
optime curāt: aiām uero que ei⁹ seruitio uti de-
bet negligunt: nihil ab ūs differunt: qui ut orga-
na quā optima habeāt: sūmo studio cōquirunt:
artē uero cui⁹ grā illa organa sunt pparata: des-
piciunt. Proorsus igit̄ cōtra seruādūz ē: nā casti-
gare corp⁹: et cōpescere ei⁹ imper⁹ ut imanē q̄n-
dā beluā oportet: et eiusdē aduersus aiām teme-
rarios motus rationis habena cohibere atqz se-
dare: nō autem frena uolupraturum remittere: et
aiē curā abūcere: et instar aurige uolētia equo-
rū tracti deferrī: neqz Pithagore meminisse qui
cuz itelligeret q̄ndā ex familiarib⁹ cibis exquisi-
tiorib⁹ ut piguis fieret curare: hic iquit nō ces-
sat molestiorē sibi carcerē cōstruere. quod gen⁹
molestiē cuz suspicaretur Plato corpori suo im-
pendere: Academiā insalubrē Attice locū ferūt
ex industria delegisse: ut plusquaz bona habitu-
do corporis ceu uitis nimia luxuries ob eā rem
āputaret. Ipe quoqz iā audiui ex medicis sūmā
corporis ualitudinē piculosam esse: cum igitur
hec nimia indulgētia et ipsi corpori iutilis sit: et

anīmē ipedimētum afferati ea re studiūz pone-
re manifestissima ē isania: qd̄ si corp⁹ cōtemne-
re assuefacti essem⁹: paz cetera huius uitē ad-
miraremur. Quid eni tibi esset opus diuitiis si
uoluptates corporis asp̄nare: equidē nō uideoz:
nisi forte quez iunaret ut in fabulis de draconi-
bus fert: recōditos thesauros uigilādo custodi-
re. Qui aut̄ ad hęc cōtēplāda igenue eruditus
esset: plurimū ab oī facinore et uerbo et ope ab-
horreret. et q̄cquid ultra sufficiētā foret: siue id
Lidia gleba esset: siue formicarū auriferarū op⁹:
tāto magis despiceret: quanto minus indigeret
Sufficiētia aut̄ ip̄a nō libidine uolupraturū: s̄z na-
ture necessitate diffiniēda est. nā qui excedūt ne-
cessitatis terminos: similes sunt ūs qui precipi-
tes deferunt: nihil stabile iuenientes ubi pos-
sint consistere: nullum terminum precipitatiois
habentes: sed quanto plura amplectuntur: tan-
tūdem aut etiam pluris indigent ad uoluptates
implēdas. Diuitiarū eni ut ait Solon nullus est
terminus. uerum ad eā rem Theognide magi-
stro utendum est: qui ita inquit. neque diuitias
cupio: neqz uoto precor: sed mihi contingat ex
paruo uitam agere omni carente molestia. Por-
ro non sine beniuolentia quadam mihi in men-
tem uenit Diogenes: humana omnia simul con-
temnens: qui magno Rege ditiozem se p̄dica-



bat: quod ipse uidelicet paucorum indigeret. At nobis nisi pitbie missa adsint talenta: et infinita soli iugera et numerosa armentorum examina: nihil sat erit. oportet autem ut ego quidem arbitror: nec absentes diuitias optare: neque presertim gloriaris: nisi quantum scias uti. Sapienter enim Socrates qui cum uideret hominem diuitiis affluentem: eaque de causa fastu quodam gloriabundum uadere: non prius iquit te admirabor: quam notum mihi fuerit: quo pacto scias uti fortunis tuis. An uero Phidias: Policletusque si auro aut eboze gliati essent: ex quibus alter Eliensibus ionem. alter iunonem Argiuis effinxit: ridiculi haberentur: aliena bona sibi glorie fore putantes: propria uero arte: qua illud aurum preciosius factum est: silentio pretereuntes. Nos autem humanam uirtutem non satis decoris ipsam per se habere arbitrantes: minori reprehensione dignos esse putabimus. At diuitias quidem contemnemus: et uoluptates despiciemus: uerum blanditias et adulationes sectabimur et archiloches uulpis calliditate multiplicitateque gaudebimus. At nihil est quod eque fugere debeat sapiens: quam ad ostentationem uiuere: et populares auras sequi: non autem ueram rationem usque a deo ducentem uiuendi habere: ut etiam si una omnes homines reclamant: nihil mutet eorum: que recte instituerat: etiam si infamiam uel pericula subire pro recte factis necesse sit.

Nam qui aliter institutus est: is nihil differre uideatur ab egyptio Sophista: qui et arbor fiebat: et aqua: et fera: et quicquid liberum. Siquidem ipse quoque modo laudabit iusticiam: sed placere audientibus intelliget. modo eam uitupabit: si uis apud quos loquitur iniurias esset gratas cognosceret et quod proprium assentatorum est: ut polypus ad speciem subiecti soli colore mutatur: ita et ipse ad uoluptatem audientium uariabit sententiam. Sed hec in nostris libris addiscemus perfectius: in presentia uero umbram aliquam uirtutis descripsimus ex eis extraneis doctrinis. Qui enim diligenter et quis re cogit utilitatem: et si minutatim id agat: tamen ut magna flumina multa ex multis locis accipiunt in crementa. nam id quod iquit Poeta: si paruo addas: idque frequenter facias: non ad pecunie ditaxat augmentum recte dictum fuisse putandum est: sed ad cuiusuis scientie. Bias quidem igitur unus ex septem sapientibus: filio suo ad Aegyptios proficiscenti roganti que patrem quidnam agendo maxime gratum faceret: si uaticum inquit ad senectutem compares. uirtutem nimirum pro uatico intelligens. Sed arctioribus terminis illam circumscribens: ut pote qui eius utilitatem humane uite spacio diffiniuit. Ego autem siue quis Thiboni senectutem: siue utuacissimi apud nostros Mathusalé qui mille annos minus triginta dies uixisse: si denique uni



uersum tēpus ex quo fuerunt hoīes meriatur
ridebo puerilem eius sententiā:contemplans lō
gum ⁊ isenescibile sēculum:quod quidē tale est.
At quēadmodum imortalis animē:ita et illius
sēculi nullum finem mens possit concipere. Ad
quod ut uianicum parem⁹:omis lapis ut dicunt
mouēdus est : unde aliqua utilitas ad eam rem
sit nobis futura. Nō igitur quia ardua sunt hęc
et laboriosa: idcirco torpescem⁹. Sed memores
illī⁹ sententię: oportere uidelicet unūquēq; ui-
tam probatissimā eligere: expectare autē ut cō-
suetudo faciat illā iocundā atq; dulcem uideri:
ea assequi aggrediamur. turpe est enī cum tps
per secordiā abierit: tunc demum illō reuocare:
cum p̄ter dolorem nihil sit ampli⁹ uocantī re-
dicurum. Ego igitur quę optima ēē rebar: par-
tim nunc uos admonui: partim omni uite t̄pore
admonebo. Uos autē cum tria sint morborū ge-
nera: utinā ne uos ei similes p̄stetis: quod i sa-
nabile est: neu ita mente egrotetis: ut pleriq; so-
lēt corpore egrotare. nā ii qui parua egritudine
āgunt: ipsi p̄fiscunt ad medicos. qui uero gra-
uiori morbo premuntur : ad se curantes accer-
sunt. At ii qui in atrā bilem insanabiliter trans-
uecti sunt: nec uenientes quidem medicos re-
cipiunt. Quod uos non patiamini nūc recta cō-
silia asperrantes. Valete in Christo




12...

123456789
101112131415161718192021222324252627282930313233343536373839404142434445464748495051525354555657585960616263646566676869707172737475767778798081828384858687888990919293949596979899100


123456789
101112131415161718192021222324252627282930313233343536373839404142434445464748495051525354555657585960616263646566676869707172737475767778798081828384858687888990919293949596979899100





UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

UNIVERSIDAD



Lucas
Rat
de
ma
ma
cus
gran
to
Lo
tu
Phi
xer
dia
le

